Libellus procuratoris in quo dyabolus
producit litem coram iudice omni-
potente deo contra genus humanum.
Venetiis per Gerard. de Flandria.

H. ×
(Wi

Libellus ꝓcuratoris: ĩ quo dyabolus ꝓducit litem: corã iudice oĩpotente deo: ꝯtra genus humanuz: ꝓ quo beata virgo Maria tanquaz ꝓcuratrix ⁊ aduocata cõparens: tandẽ pugnã obtinuit. et inimici versuciam confudit.

Accessit Ascaron ad omnipotentis dei
a presentiam: ⁊ ait. Creator omniũ vbiqz iusticia (.xi.q.iii.sedũm.⁊.c.custodi.de peni. dis.iii.c.sunt plures.) Ego sum procurator totius nequicie infernalis: placeat iusticie dignator me audire. (iuxta legem proxime .ff.de hiis que ĩ testa.dele.) Cui dominus ait. Si tu es procurator: exhibe procuratorium. (vt.l.si quis inficiatus.ff.depositi extra de elec.c.causam. ⁊ vt nõtur in.l.filiusfãilias.§.veterani.ff.de ꝓcu.) Respondit procurator. Uolo te informare super quodam arduo articulo: qui tangit medullit⁹ omnes inferos. et informatione facta: exhibebo procuratorium. (Et hoc fore fiendum probari videtur .ff.de serui.vrba.predi.l.quibam iberus.) Rñdit dominus. Jam duduz noui te ⁊ tuas versucias. (.i.q.spiritus sanctus.ff.de iudi.l.sed ⁊ si restituatur in fi.) noli me pascere verbis informatoriis: nulla parte pñsente. (vt.C.si per vim vel alio modo.l.fi.ff.de adopt.l.nam ita diuus ex.de maio.et obedi.c.intra quatuor.) Exhibe ergo statim procuratorium: aut statim foris exieris. (ar.l.si quãdo.C.de dila.⁊.xcvii.di.c.nobilissimuz.) Qui formidans iudicem: quem sibi gratum non videbat:

exhibuit procuratorium. Et vt more humano loquamur sic sufficienter factum: quod in nulla ipsius parte patiebatur calumpniam. Tunc procuratori dixit dominus. Loquere si vis. Ait demon. Conqueror ego procurator procuratorio nomine (iuxta no. in. l. post mortem. ff. quando ex facto tutorum.) quod cum ego et alii: quorum nomine ago: per infinita tempora omni prescriptione prescripta (iuxta posita. xvi. q. potest. et per totum (cum concordantiis essemus et fuimus in pacifica possessione tormentandi cruciandi et iusticiandi genus humanum apud inferos. (de conse. dis. iiii. formidissime.) Nunc de nouo iuris ordine nullatenus seruato: (contra. leg. si pacto. .C. de pactis et de exe. rei. iudi. l. i. et. ii. q. vi. §. diffinitiua.) parte non vocata: (contra. l. de vnoquoque .ff. de re. iudi. et. d. l. nam ita diuus. et ex. de consti. .c. ecclesia sancte marie.) pro voluntatis libito: sumus dicta possessione priuati. (contra. l. meminerint. et. l. si quis in tantam. C. vn. vi. et ex. de restitu. spo. c. in litteris.) De quo conquerimur et querelam ponimus lamentanter coram te. Quare tibi placeat vocare genus humanum ad certam diem ad te mihi procuratorio nomine responsurum. (iuxta. l. aut qui aliter. §. i. ff. quod vi aut clam. ex. de rescrip. .c. fi.) protestans primo restitutionem nobis plene et libere esse fiendam animarum: que in celo sunt et in purgatorio. et que eas precesserunt: et que eas sequentur. et natarum: et que nascentur ab ipsis. (iuxta no. in. l. i. in. §. non solum. et. §. qui vi deiectus. ff. de vi et vi arma. et ex. de resti. spo. c. grauis.) Respondit dominus. Audiui te. modo agatur de die. (vt d. l. aut qui aliter. §. i. ff. quod vi aut clam.) Respondit

procurator. Causa est valde ardua periculosa et miserabilis. vt puta causa spoliationis (vt ex. de or. cog. c. fi. et de fo. compe. c. ex parte. C. ad. l. iuli. de vi.) et desiderat celeritatē. (ar. l. i. ff. de dam. infec. cum similibus) Citetur ergo pars ad diem crastinam. Respondit dominus ei. Dyabole fili iniquitatis et ingratitudinis (. xxvi. q. v.) nec mirū damnate nequam: tam cito mensurasti interuallū inter celum et terram. (contra. l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbi. et no. in. c. ex parte de ap.) Vnd' assigno diem certam tibi ad respondendum hic coram me. s. diem veneris sanctam: in qua fui crucifixus. Respondit procurator. Istam diem non accepto: quia est vbilibet feriata. (. l. omnes. C. de feriis et ex. de feriis. c. fi.) Respōdit dominus. Ego iura condidi. (vt. l. fi. C. de prescrip. lon. temp. et . xvi. q. iii. c. nemo) Sic hoc dispono. (. ff. de re. iudi. l. quidaʒ consulebat et. C. si contra ius vl' vti. pub. l. fi. cum ibi no.) O gabriel voca genus hūanum: vt compareat sufficienter. et siue compareat siue non: procedetur vt ius dictabit. (. ff. de iudi. . l. ad peremptorium ex. de rescrip. c. causamqʒ de dolo et contumia. c. cum dilecti.) Et recessit demō: et ad propria rediit et rem gestam sociis recitauit. qui inuicem condolentes: bene nouerunt christi iusticiam eis fauorabilem non multum esse futurā. Quibus infernorum princeps lucifer ait. Non terreamini. Xp̄us enim seipsum dicit esse iusticiam. (. xi. q. iii. secundūʒ q falsum est.) Si enim ip̄e est iusticia: iusticiam obtinebimus: aut ipsam reprobabimus ex ore suo. (. xxi. di. nunc auteʒ) . Et ait lucifer ascaroni. Tu ibis ad diē. Qui ascarō rn̄dit.

Mallem potius hic vobiscum cruciari: q̄ȝ ibi vbi ē omne gaudium esse. quoniam ibi nullo modo gau deo: sed potius doleo: cū gaudere incipio. (ar. C. de adminis. tuto. l. lex q̄ȝ tutores.) Sed obediētie datus: faciam quod incumbit. (ex. de maio. ꝛ obe. c. illud.) Ut more humano loquantur: cōparuit ascaron in aurora diei: stans in consistorio dei so lus in quodam angulo. Bene autem sciebat: ꝙ ma ior erat contumacia actoris: q̄ȝ rei. (.iiii. q. iiii. c. i. et no. ex. de dolo ꝛ contu. c. i. li. vi.) Et ideo tēpe stiue venerat: ꝛ ābas aures apertas habebat et pa ratas semper: ne quid contra eum fieret. Appropi quante autem quasi iam meridie: accessit ascaron ad presentiam dei dicens. pater sancte ego veni di luculo: ꝛ semper expectaui: fac mihi iusticiam. (iu xta. l. placuit. C. de iudi. ꝛ. C. de ap. l. eos. §. si quid autem. et ex. de ordi. cog. c. cum dilectus.) Dixit ei dominus. Uade vade. tota dies cedit. (insti. de verbo. obli. §. in diem.) Tunc demon redijt in an gulum: ꝛ expectauit vsq̄ȝ ad horam extremā. Tūc quasi omnibus discedentibus: exclamauit demon. Ubi est iusticia: que deficit in regno celorum: Dixit autem domiuus. Uocate eum, vt compareat. Qui ait. Tota die expectaui ī regno iusticie: nec īueni. Dixit dominus ei. dicas quid petis. (ex. de lib. ca. gignarus.) Respondit demon. videte citatorium. Uocatum est genus humanum responsurum mihi procuratori. si sit aliquis qui comparere velit pro genere humano: compareat. verumtamen nemo comparuit. Dixit dominus ascaroni. Quid petis: Respondit ascaron. Non peto nisi ius commune: qd nemini denegatur. (vt in. c. indultum, cum ibi no.

de re.iu.li.vi.) peto litteras tuas:quibus hūanuʒ genus citetur sufficienter ad hanc diem respōsurū coram te mihi procuratorio nomine : me vsqʒ ad tenebras noctis expectante : nō comparuit aliquis pro ipso. Dominus autē volens vti equitate potiꝰ qʒ iusticia. et qui bene sciebat ad quid ascaron intēdebat:dixit. Tu qui multas res nouisti: (.xxvi.q. .iiii.c.sciendum.) bene scis q iudex in parte qñqʒ vtitur iusticia:quādoqʒ equitate. prout sibi videt expedire. secundum distinctionem positam. C. de iudi.l.placuit.et.l.i.) Ego autem ad presens volo vti equitate potius qʒ iusticia.eo q continue pro go et assigno eo modo quo melius valere potest. (iuxta no.in.c.fi.de postu.) habe ergo terminū ad diem crastinum hora prima. (iuxta no.in.c.i.de off.dele.et.C.quomodo et quādo iudex.l.i.) Et iudex dominus statim surrexit:Et recessit demō ad propria:sicut prius.et rem gestam contra eum:sociis enarrauit. Cui lucifer. Tu ibis cras hora debita.et ascaroneʒ instruxit. Cumqʒ clamor ad aures virgīs marie peruēisset: re gesta audita: materno amore condoluit. Audiens tamen cōminationem factam esse:nec vltra processum:publice dixit. Nō terreamini:quia die crastina humani generis aduocata ero.et in hoc totus chorus angelorum conquieuit. Die auteʒ crastina adueniēte:vt sic loquamur:iuit dominus sedere pro tribunali.cū infinita angelorū et prophetarū comitiua voce magna cantantium:Aue regina celoruʒ aue domina āgeloꝝ. Que quidem toruo oculo et turbato vultu suū prospexit aduersariuʒ:in regno suo stantē iuxta filiū. Ait filio sua mater. Fili mi audio q genus hūanuʒ

de quo ego ⁊ tu sumus: (ex̄.de sum.tri.c.i.) im-
peditur per quemdam dāpnatū reprobuz ⁊ falsuz
sicut nosti:quem in regno meo video.⁊ ideo ꝯmo-
ta sunt viscera mea:que te portauerunt. cum non
consueuerunt huc tales accedere. Uerum quia tu
es iusticia: (.xi.q.iii.custodi.) veniat quicūqz sit
ille:qui suam causam agat coram te. Tunc omnes
angeli de tanta aduocata gloriātes: vocauerūt dā-
pnatū dicētes.veni condēpnate,⁊ reprobe:īuenies
partem. Accessit aūt demon plenus inuidia oīniqz
dolo.nec fuit ausus oculos erigere in aduocate fa-
ciem:que ipsum ita turbato oculo respiciebat. Tūc
inquit dominus ascaroni ꝓcuratori. Modo dicas
quid vis. Respondit ascaron. O iusticia inflexibil'.
(.x.q.iii.ꝺm ⁊.c.illud.) O veritas sine fallacia.
(.x.q.iii.abiit.) O via sine errore. (de pēi.di.i.c.
oportet.) Audi me miserum.nec te moueat caro,
aut sanguis. (.xi.q.iii.quatuor.) peto licētiam:et
loquar cū venia. (iux̄.l.fi.C.de offi.diuer.iudi.)
Rn̄dit dn̄s. dicas quid vis,ꝓut decet. Dixit demō
Cuncti sciunt:ꝙ iudiciū constat ex tribus personis
.s.iudicis,actoris,⁊ rei. (ex̄.de v̄.sig.c.forus.§.in
oīni.⁊.iiii.q.iiii.c.i.) Judicem video. Qđ ego sum
actor:ꝓbatur ꝑ citatoriū. (vt dicto.§.in oīni.⁊.ff.
de iudi.l.in trib⁹ in fi.) personā aūt rei non video
sine quo nullū est iudicium. Respōdit aduocata iu-
dici. Nō sic fili mi.ecce me paratā ad defensionem
humani gēris. (per.l.solutionez.⁊ qđ ibi no.C.de
solutiōibus.) Rn̄dit ascaron. Pater sancte q' tua
mater nullaten⁹ sit admittenda: sic ostēdo.primo
cum sit mater.⁊ suspectū est mihi matrem iudicis
esse partem contra me.qꝛ de facili posset filium in

partem suam trahere. (ex͠.de ap.c.ex insinuatōe. ꝛ.c.postremo.) Item cū ipsa sit mulier. Iura enī q̄ sunt diuinitꝰ ꝓmulgata: (.xv.q.iii.c.nēo.) ꝓhibent mulieres aduocatas esse. (.ff.de.postu.l.i. §.sexum.) Mater autem turbata verbū ad filium dirigēs rn̄dit. Uersutꝰ iste i negocio me ꝑturbans: peruertit iura. Dicit eīm me matrē tuā: ꝛ sic suspectā. Sed fili nosti: ꝙ licet mater sum, ꝛ mulier: sum ad iudiciū vocata. nec tamen sum eo modo sicut ꝛ alie. q2 sine corruptōe fecūda: ꝛ sine grauedīe grauida. ꝛ sine dolore puerpera. (.C.de offi.perfec. preto.affrice.l.i.ex͠.de sum.tri.c.i.) Ubi enī sunt iura: que ꝓhibēt partem ream cuiꝰq3 conditionis: officiū defensiōis suscipere pro se: ꝓmmo etiā qđ absit: si essem excōicata : audiri debeo tanq̄3 citata ꝛ respondere. (vt est tex.C.de hereti.auc.credentes.) Nōne scis fili mi: ꝙ ego sum de origīe mūdi totius: Nā quicūq3 sunt in mūdo: aut sunt de ordine cōiugatorū: aut ꝯtinētiū3: aut virginū. (vt ex͠.de sum.tri.c.i.in fi.ꝛ ibi no.) Quod aūt ego fuerī3 in mundo de ordīe cōiugatoꝝ: patet q2 coniugata ioseph. (.xxii.q.ii.) Quod aūt fuerī3 de ordine cōtinētium: ac etiā virginū: nulli dubiū. nam inuenta virgo ante partum ī partu ꝛ pꝰ partum . (.§.ecce impossibilitas.xvii.q.ii.) Ecce iam deducta. quia debeo esse humani gēris aduocata. Qđ autē dicit mulieres hoc officiū agere non posse: hoc fallit pro persoīs miserabilibꝰ, viduis, ꝛ pupillis, orphāis, ꝛ cōiunctis . (.ff.de postu.l.i.§.fi.ꝛ.l.se.ꝛ.iii.q.vii.c.tria.) Ubi eī3 sunt ꝑsoē magis miserabiles: q̄3 ī mūdo: quas versutꝰ iste sub dolo querit ī seruitutē suā redigere. (.lxxxvii.di.c.liber.ꝛ per totū.) Quare

peto:nõ obstantib⁹ ꝓpositis: ad hui⁹modi officium me admitti. Rñdit dñs mõ. Sup hoc peto iterloqui. (Arg no.ĩ.l.ĩtra vtile.ff.de mĩo.ꝛ ex.de ordi.cog.c. cũ dilect⁹.) Rñdit aduocat⁹ versut⁹ iste satis fili mi si te ĩbre supiorẽ dicit. (.ff.de iudi.l.sꝫ ꝛ si suscepit. ex.de re.iudi.c.cũ iter mõasteriũ.cũ ibi no.) Tũc ait dñs.nõ obstãtib⁹ ꝓpositis ꝛ obiectis ꝓ parte ascarõis:matrẽ ĩ aduocatã admitto. Et ait dñs ascaroni. Modo hẽs partẽ:si vis aliquid dicere dicas. Rñdit ascarõ. Partẽ habeo:de q̃ doleo.qꝛ vehemẽter timeo:qꝫ p ipãꝫ iusta mea cã pcipitabit.attamẽ dico sic. Notoriũ ẽ dñones:quoꝝ noĩe ago ꝛ suꝫ ꝓcuratorẽ:fuisse ĩ plẽa ꝛ pacifica possessione ab annis: quoꝝ mẽoria nõ ẽ ĩ ꝯtrariũ: tormẽtãdi ꝛ cruciãdi aĩas moriẽtiũ. (de ꝯse.di.iiii.firmissiẽ.) Nũc aũt nullo ordie iuris ꝑuato: (ꝯ.l.i.C.de exe.rei iudi. ꝛ.ii.q.vii.c.diffinitia.) sꝫ ꝓ rõne volũtatis: (ꝯtra .c.faciat hõ.xxii.q.ii.) ꝛ ex abrupto spoliati sum⁹ possessiõe pdcã. (ꝯ.l.null⁹.C.de iudi.ꝛ.C.vnde vi.l.mẽinerit.ꝛ.l.si quis in tantã.ꝛ de resti.spo.c.ĩ litteris.) Quia igr sapiẽtis ẽ pmo restitutõeꝫ petere: (vt.l.si qs destinauit.ff.de rei vẽdi.) Cum sit causa priuilegiata. (de ordi.cogni.c.cum super.) primo peto restitui plene ꝛ libere ad possessionem predictam sicut prius.ꝛ deinde procedatur ĩ causa (C.ad.l.iuliam. de vi.l.ꝛ.l.si quis a se fundum. de rei venditõe.§.ordinarii.de ca.pos.ꝛ proprie.c. .ii.) Cuꝫ de ipsa spoliatione nimium doleamus. Dicit auteꝫ matri filius respiciens eam. Respõde. Mater autem non parum turbata:dixit filio suo. Fili mi attende diligenter:sꝫ noli ambages seductoris istius peruersas sic audire:ꝛ eas attendere.

(iuxta.l.proxime,⁊ que ibi no.ff.de his q̄ in testa. vele.) Modo aduerte fili. Iste filius iniquitatis petit restitutionem fieri: quia spoliatus. mentitur tanquam mendax. Iura que dicunt spoliatos esse restituendos: loquuntur in vero spoliato. ⁊ non in actore. (.iii.q.i.per totum,et de ordi.cog.c.cuz di lectus.) Sed ipse est actor. (.ff.de iudi.l.in trib⁹ ⁊ de ver.sig.c.forus.§.in omni.) Uide fili quomo do peruertit iura: falsa allegando: sicut ipse falsus est. (.ff.de fal.l.fi.) ⁊ quia primo falsum cōmisit. (de peni.di.ii.§.rationes.) Secundo dixit aduo cata. Iura que dicunt spoliatum esse restituendū: loquuntur in spoliato, qui possidebat bōa fide ⁊ iu sto titulo, non vi, non clam, non precario. (.x.q.iii cognoui⁹.de postu.c.bone.ff.de preca.l.ii.de acq. pos.l.clam possidere.§.fi.) Iste autem ascaron et sui socii nunquam habere potuerunt bonaz fidem in re aliena possidenda, quia omnes sciūt: q tu fili in sapientia formasti hominem ad ymaginē ⁊ simi litudinem tuam. (de peni.di.ii.§.romanos.) Er go demon possidere nō potuit bona fide, ⁊ iusto ti tulo rem alienam. (.xxxiiii.q.ii.c.Si virgo.) nec prescribere. Nulla enim dierum prescriptio iuuat male fidei possessorem. (de re.iu.c.male fidei pos sessor.li.vi.) nec prescribitur: postq̄z quis se noue rit aliena possidere. (de prescrip.c.vigilāti.) Si forsan quibusdam temporibus tormentauerit ani mas morientium demones: hoc non fecerūt de iu re suo: sed tanq̄z hostiarii inferni. ⁊ ex mādato tuo (ar.xxvi.q.v.nec mirum.) Ipsi ergo demones nunquā possiderunt anīas defunctorum: sz tu tan tum possidebas, cum ille possideat: cuius nomine

possidetur. (.l.quod meo.ff.de acqui.pos.z ex.de prescrip.c.diligenti.) Unde illa detentio aiarum: fuit potius facti q3 iuris. (.ff.de acqui.pos.l.i.) si cut asinus possidet paleas ad mandatum domini. (iuxta no.in.l.quod seruus de acqui.pos.) preterea quomodo potuissent demões prescribere vel bonam fidez habere:cuz ab olim infiniti prophete ita prophetizauerũt. Ex te nasciturus est solus filius dei:qui suum populum liberabit. Addẽs aduocata Fili mi miror nimiuz z commoueor:q in tanto regno mendacia proponũtur. Respondit demon. Et super hoc peto interloqui. Aduocata mater dixit filio. Scio q omne iudicium datum est tibi in celo z in terra (viii.di.que contra mores.et de peni.di.ii.§.ergo) et tuo nomine flectitur omne genu:celestiuz terrestrium z infernorũ. (ar.xxii.di.c.qui ep9.) Iste autem procurator non aduertens personam tuam z etiam potestatem tibi commissam: paruipendit tuam clementiam:petendo tot interlocutorias. Filius autem dixit. Restitutionez tibi denego. Tunc ait aduocata ad filiuz. Fili pete si vult dicere plus. (ar.l.si ea.C.qui accu.nõ pos.z.ff.de op.le.l.mancipiorũz.ex.de fide instru.c.cuz iohãnes in fi.) Rñdit demon ex abrupto. Ego adhuc nihil dixi:sed dicam vsq3 ad mirabilia. Et hoc verbum vulnerauit aduocatam:quodam amore generis humani. Filius ait demoni. Age causam tuam sine opprobriis. (iuxta.l.qsq3.C.de post.) Demon autem extraxit bibliaz de marsupio:z emissa voce clamauit. Audite celi que loquar. Tunc oĩs admirati tacuerunt. Et vertit libruz ad dominuz: vbi dñs dixit ade z eue:de omni ligno cõmedetis.

excepto tali. Quacunqȝ enim hora de illo cōmede
ritis: morte moriemini. Tunc demon dixit iudici.
Primo peto: si hec verba sunt tua. (iuꝛ. l. ob cau-
sam. §. i. ff. de testi. ⁊ quod no. in. c. cum a nobis ex
eo.) Respōdit aduocata turbata. procedas vltra.
Dixit demon. procedam: quia sum in regno veri-
tatis. ⁊ coram illo qui se dicit veritatem. (. ix. di. c.
si consuetudinem.) primo volo scire si sunt verba
veritatis. ⁊ omnes tacuerunt. quia vbi de veritate
agitur: inficiationi locus non est. (ar. viii. di. cōsu
etudo.) Dixit autē dominus. Uerba illa mea sunt.
Respondit demon. Bene credo. Ex quibus sic cō
cludo. ꝙ adam ⁊ eua qui duo erant in paradiso ter
restri: venerunt contra mandatum tuum: tibi pe-
nitus inobedientes. (de peni. dis. i. c. ⁊ venit.) Un
de peto. ꝙ verba tua qui es veritas: stent in finibꝰ
suis. ⁊ ꝙ ipsi ⁊ omēs posteri successores eorū: per-
petuo moriantur. Sequitur enim. cum sic parētes
sunt leprosi ⁊ infecti: ꝙ tota progenies sit infecta.
(de peniten. dis. iiii. §. quid est qđ dicitur. ⁊ xxiiii. q
. iii. §. i.) Respondeat iam aduocata: ⁊ dicat quid-
quid vult. Aduocata autem ait ad filium. Miror
fili: vnde tanta astutia sit demonibus data: qui tot
fraudes inueniunt ad genus humanum suffocādū.
Sed hoc est. quia solatium est miseris socios ha-
bere penarum. Uerba tua que dixisti ade ⁊ eue: ser-
uari debent. cum sis veritas. (. iiii. dis. erant autē)
Sed dicit littera quedam expresse: ꝙ dolus ⁊ fraus
non debent alicui patrocinari. (extra. de emptio.
et vendi. c. ad nostram. et de vsuris. c. tuas.) De
mones vero: quorum nomīe iste ascaron agit: sug
gesserunt primis parentibus nostris. s. Ade et Eue

de pomo vetito cōmedendo. (ex̄.de sum.tri.c.i.) Unde i genesi sequūtur quedam verba: que dixit serpens ade et eue.que quidem verba iste ꝓcurator latro et falsarius subuertit coram te. Et sunt verba talia. Si cōederitis de ligno:eritis sicut dii. Unde vide fili maximā falsitatem.de eo facto: qđ homo cōmisit ad suggestionem demonum:demones volunt eum accusare. Ex delicto enim ex quo quis est puniendus: non potest alium accusare. (.C.de accu.l.si. ex̄.de testi.c.veniens.et.c. qm̄.) qui i fraus ꝛ dolus non debent alicui patrociari. (vt dicto.c.ad nostram de emp.ꝛ ven.) Unde q̄n tum ad istuȝ articulum:neqȝ alicui seductori:neqȝ alicui demonum respondemus.quia fuerunt causa peccati. (vt.d.c.i.ex̄.de sum.tri.) Si alius q̄ȝ ipse veniet:qui genus humanum accuset:quantuȝ ea ratio dictabit:respondebo. Tunc demon vidēs se ex tanta responsione delusum: cum ipse haberet mille petendi modos:dixit iudici. Credit aduocata euasisse:sed nō est sic. Scis pater:ꝙ vbi delictuȝ est perpetratum notorie:iustus iudex nomine pene eum accusat.ꝛ ex officio suo debet procedere:et punire delictum. (.C.de accusationibus.l.ea qđē et.ii.q.i.de manifesta.ex̄.de iure iu.c.ad nostram ꝛ de accusa.c.ad euidētiā et .C. qualiter et quādo .l.i.) Unde dico sic. Posito sicut dixit aduocata: sed tamen non confiteor:ꝙ mihi non debeat respō deri in isto articulo: tamen iustus iudex ex officio procedere debet. Unde cum sis iusticia:volo statiȝ videre si nomē tuū sit ꝯsequēs rei. (iuxta.l.decernimus.C.de epi.ꝛ cle.ꝛ īsti.de dona.§.est ꝛ aliđ.) Ego quippe taceo. ꝛ video officium iudicis iuste

iudicantis.cum notorium sit delictum: ⁊ examina
tione non idigeat. (vt dicto.c.ad nostrā.) Unde
video officium tuum nobile (iuxta no.in.l.iii.§.si
publico.ff.de adul.⁊ ex̄ de accu.in.c.qualiter ⁊ qn̄.
⁊.ff.de suspec.tuto.l.iii.§.preterea.) Tunc mater
turbata:timēs ꝙ iusticia filii ex arrupto ꝓcederet
ex officio:effusis lacrimis ⁊ vestibꝰ scissis vsqꝫ ad
vbera:dixit filio. Fili ecce venter qui te portauit:et
vbera que sucxisti.⁊ ecce qui te lapidauit ⁊ crucifi-
xit:ipse implorat officium tuum vt dixit. Et quia
non est in volūtate sua:sed tua:ego imploro ꝯtra-
rium.aut dele me de libro vite. (iuxta.c.quid cru
dele.xxiii.q.iiii.) quia nulla iura imponunt tibi ne
cessitatem procedendi statim ex officio:sed quādo
placuerit tue voluntati. (vt.ff.de iudi.l.non qcqd
⁊.C.quomodo ⁊ quando iudex.l.i.cuꝫ ibi no.⁊.ff.
de offi.presi.l.sepe ⁊.l.se.⁊ quod no.in.c.i.de cōse.
eccle.vel altaris li.vi.) Hic videbo quem magis
diligis,⁊ cui faues.an seductori: an veraci. Filius
autem pietate motus:videns matrem muliebriter
lacrimantem:dixit demoni. Tibi denego officium
meum ad presens. Respondit demon. Caro ⁊ san
guis reuelauit tibi:⁊ nō iusticia celestis. Ego bene
predixeram:ꝙ durum esset mihi habere matrem
iudicis aduocatam. Dixit autēꝫ mater. Uis tu plꝰ
dicere? Respondit demon. Uolo nunc incipere.et
incipiam ab angelis creatis: ⁊ continuabo ratiōes
meas.⁊ approbabo eas:iusticia mediante. Primo
eniꝫ dico sic:ꝙ iura que sunt diuinitus promulgata:
(.xvi.q.iii.c.fi.) docent iudices: vt si quādo īter
partes oriatur questio de aliqua hereditate vel re
aliqua diuisibili diuidenda:iustus iudex (ne partes

veniant ad rixas) debet illam rem cōmunem diui-
dere. et assignare cuilibet parti quod suuz est. (.ff.
famil'. her. l. i. et per totum.) quia secundum iura:
cōmunio parit discordiam. (.ff. de l. ii. cum pater.
.§. dulcissime. et .C. quando et quibus quarta pars
detur. l. i. li. x.) Scriptura enim veritatis testatur
me et meos esse principes mundi. (de peni. di. ii. §.
item opponitur de moyse.) Nec tamē nego: q tu
deus omnipotens aliquaz particulam ibi habeas.
particulam bene dico: quia respectu partis mee tā-
ta est: quantum graniculuz milii positum ī medio
magni modii. Et ne per hec verba meum et tuum:
inter me et te patrem oīpotentem et matrez tuam
aduocatam mundi discordia oriatur: peto: vt me-
diāte iusticia: pars mea diuidatur ab alia. et q̄ mea
sunt. s. peccatum et similia: mee iurisdictioni cedant
bōa vero sint tua. (ex. de sum. tri. c. firmiter) hoc
quippe iudiciuz nullus denegaret. et multo magis
tu qui es iurium conditor: (. l. fi. .C. de rescrip. lō.
tem.) hoc denegare non potes. (.C. de legi. l. di-
gna vox.) Filio autem aduocata dixit. Quid petit
iste demon: iterū dicat. (vt. l. quotiēs. ff. de solu)
Filius iniquitatis petit prepōderationem fieri iam
factam. nōne recolis: q die veneris sancta: in qua
in cruce pependisti tanquā mundi bōitas: et ex alia
parte in statera crucis pependit latro mundi: Tu
autem mundi bonitas preponderasti mala mūdi:
et descendisti ad inferos in animā: et extraxisti cap-
tiuos. (istud probatur in. c. i. de sum. tri.) Quare
cum predicta preponderatio presentibus omnibus
in monte caluarie fuerit solenniter facta: et sic trans-
iuit in rem iudicatam: nolo amplius prepōderare et

sed sto illi preponderationi. (.C.de transf.l.causas. .C.cōi diui.l.si maior.ex.de re.iudi.c.quod ad cō-solationem.) Procurator autem attentus dixit: emittens rugitum.hucusq3 legimus,ꝛ verba spar-simus.nūc aūt ad vlteriora procedamus. Scriptū est.ꝙ non habenti aduocatum:sibi si postulat,dabi tur. (.l.i.§.ait pretor.ff.de postu.) Uideo hic me solum:ꝛ multos habere contrarios.ꝛ peto mihi da ri aduocatū siue aduocatos.ꝛ ꝙ par fiat distribu tio aduocatorum. (.C.de postu.l.prouidendū.) Respondit aduocata mūdi. Et ego sola aduocata sum:attamen de negocio meo non diffido, de tuo accipe quem vel quos vis. Respondit demon. Ad uocatos peto mihi dari duos.s.iusticiam,ꝛ verita-tem. Tunc omnes angeli et archangeli de hoc ad-mirantes:et versuciam dyaboli comprehendētes: dixerunt aduocate nostre. Regina celorum,domi na angelorum quantūcunq3 sublimi potentia ful-geas ꝛ dignitate:tamen honestū est tibi associare aliquos aduocatos. (ar.C.de fideius.l.fi.ꝛ.xx.di. de quibus ꝛ de consti.c.ne īniteris.) Que āgelorū flecta consilio ait. Et ego pro me peto aduocatos misericordiam scilicet,atq3 pacem. Tunc ascaron primo loqui incepit dicens.Quod homo sine reme dio sit dampnādus:hoc probo triplici ratione.sc3. ratione iusticie exempli:ratōe iusticie precepti: et ratiōe iusticie infinitatis. Ratiōe iusticie exempli ostendo sic.quia cum angelus peccauerat:ꝛ sine re medio condempnatus fuit: (de peni.di.ii.§.ꝙ aūt reprobi) ibi dr:ꝙ deus nō sit acceptor psoārū. (de pēi.di.iiii.§.vere.) ergo si hō simul'r nō dāpnaret: de iniusticia āgl's cōqueri posūt. Ad hec aduocata.

Nõ est simile: quod fili⁹ dyaboli adducit ꝓ simili. quia si angelus peccauit: ideo sine remedio punit⁹ est: quia nihil infirmũ habebat: quod eũ induceret ad peccandum. ⁊ ideo in spiritu taliter est punitus: in quo peccauit. (de peni. di. ii. §. ꝙ autẽ reprobi.) et idcirco peccãs sine venia ⁊c. quia carnem ⁊ ossa non habebat. et quia non infirmabatur. (ar. xxvi. q. iiii. sciendum.) sed malignitate dyabolica peccauit. (vt in. c. i. de sum. tri.) Prosequitur ꝓcurator ratiõe iusticie precepti dicens. Domini deus p̄ ceptũ dedit: ne comederet de pomo. ⁊ quocũqȝ die cõederet morte morireť. (ex. de re. iu. c. i. in. cle.) Angelo autȝ nullũ p̄ceptũ dedit. Si ergo ãgelum sine p̄cepto dãpnauit: multo magis hoiem cui preceptum dederat. Et sic videť ꝙ graui⁹ peccauit hõ per trãsgressiõem: ~~qm~~ angel⁹ qui nõ ẽ trãsgressus preceptũ. (ar. ff. de arbi. l. celsus. ff. de penis. l. relegati ⁊ de iuř. patro. l. si libert⁹.) Respondit aduocata. Angelo non fuit datum preceptum: tanquam scienti quid agere deberet sine precepto. (ar. ff. de ac. emp. l. fi. in fi. de re. iuř. c. eum qui li. vi.) Innatam enim habebat in seipso sapientiã et scientiam: cum cognoscebat certitudinaliter bonũ ⁊ malum propter confirmationem sue nature. (dicto. §. ꝙ autem reprobi. ibi tamen si ãgelus similitudĩs plenus scientia sapientia ⁊c.) Et tunc faciendo cõtra talem certitudinem: sine comparatiõe grauius peccauit quã homo. (xxv. q. i. c. nulli phas sit. ⁊. ii. q. q2 sanctitas. viii. di. q2 consuetudo. xi. q. iii. excellẽtissime. C. de tabu. l. generali li. x.) Homo autem talem certitudinem non habebat: propter corpus, quod aggrauabat animam suam ante peccatum.

quam

(ar.de peni.di.i.serpens 7.xxvi.q.iii.sciēdū) hinc est: quod serpenti non respondit homo certitudi= aliter: sed sub dubio. ne forte moriamini. propter insipientiā. i. sapiā oīa fecit mens 7 vt ordinaretur ad certum finem (.c. firmiter de sum. tri.) cum igitur hoīem fecerit ad certum finem. s. vt esset heres vite eterne. (de cōse. di .i. hii duo) Si dā pnaretur: fraudaretur filius meus sine sua culpa. 7 sic non in sapientia: sed in uanum creasset hoīem (contra. d. c. hii duo) Nunquam ergo in uanum erit opus filii mei. nunquam in uanum constituet filios hoīum. quod non accidit in angelis: quia tota angelica natura non est dampnata: sed tantum pars illa: que peccauit. sed sic opus dei non est fundatum in angelis: sed finis ad quē creati sunt: permanet in confirmatis. (vt. d. c. hii duo, 7 qd no. xxiii. di. c. qui epūs.) Ad tertium qd ponitur. s. iusticie infinitatis. Cum enim infinite hō peccauerit: et ideo infinite est puniendus. Surrexit in hoc iusticia aduocata diaboli seuis quem cedebat: patenter respōdens seruum inutilem inobedientem ingratū transgressorem 7 contumacem: cum tam facile posset obseruare 7 tam bene mandatum: cum tota eius posteritate exilio perpetuo fore dampnandum. premittens: quanto maior est cui iniuria infertur: tanto maiori dignus est pena. (.ff. de iniuriis. l. pretor edixit. § .fi. ex. de hereti. c. cum secūdū li. vi.) Cum ergo infinite magnus sit de9: (ex de sum. tri. c. i.) hō īfinita pena est puniendus. 7 si quālibet fecit absolutionē: nō dū erit absolutus. (de peni. di. i. §. hoc est etiam fac. C. de penis. l. sancimus) Si enī rex tēporalis

Iustitia adu. di. all.[illegible]

b3

offensus est: de iure punit temporaliter. non ergo iniustum videtur: si rex eternus puniat eternaliter. (.xi.q iii.qui resistit) principaliter cuz sit infinitus deus (de sum tri .c.i.in prin.) ergo nihil hō finit⁹ facere pōt: qn cum facit peccatū: seruus est peccati. (de peni.di.iiii.§.itez ꝓm iusticiani.ibi oīs quoqz qui ī xp̄o ɿc̄.ɿ.ii.q.vii. sicuti) rursus licet hō nūqz peccasset: tñ in se qcqd erat debebat dño. nihil ergo pōt facere homo: vnde se vl' alium possit rdimere. ɿ q̄zq̄z oīa bōa fecerit: seruus īutil' erit (de pēi.di. .ii.§.itez opponitur .v̄.si enī inquit.ɿ ibi no.) quia qui debet que debuit facere fecit. qui autez soluit debitum: propter hoc non soluit amissuz. (.C.de furtis .l. ancille.ff. eo .l.si pignore .§. cum furti. ɿ .l.prox.ff.de ri.nup.) licet autem per penitentiam culpa deleatur: (de peni .di.i.c.si cui) perfecta tamen ignorantia non restituitur .quia facta pro infectis haberi non possunt (.l.in bello .§.facte.ff.de capti.ɿ.xxvi.q.i.si paulus) maxime cuz fama peccati semper remaneat (.ff.de re.mili.l.qui cū uno. §.ignominia.ɿ de ri.nup .l. non solum .§.palam.ɿ. §.que in adulterio) ɿ ita quamuis per penitentiaz culpa possit auferri: (.xxxii.q.i.c.quod aūt ī fi.) tamen propter hoc eternam gratiam non meretur (ar. de pēi.di.v.c.i.ɿ ex̄ de baptis.c. maiores.§. illud vero Cum enim omnes immundi sint de immundo concepti semine: et proposuerint adhuc peccare: (de peni.di.iii.§. item quod frequenter.) Indignum videtur: ꝙ deus ianuam paradisi quam propter peccatū p̄mi parētis clauserat: (vt.s.c.maiores.) referet īdignis .ne sanctum det canibus: aut margaritas prebeat porcis. (de peni.di.i.,.itē

potestate. 7.xliii.di.in mandatis.7 .xi.q.iii.nolite.) quinymo iusticia exigit: vt reddat vnicuiqz secundum opera sua: (ex de sum .trini.c. seruitutes.) reddens retributionem superbis. Aĩma enim que peccauerit: ipsa morietur (.xxiiii.q.i. si heres. de conse. di.iiii.c. queris) Dominus enim filios enutriuit 7 exaltauit: ipsi autem expoliauerunt eum. 7 maxime adam: qui maluit potius acquiescere voluntati vxoris: qz diuine obedire. (.vi.di.testiuz) Homo enim cum in honore esset: non intellexit. comparatus est iumentis insipientibus. Et quia in pace manducare noluit panem angelorum: iustũ fuit: vt in labore et etiã in sudore vultus sui panem doloris manducaret. Maxima ergo fuit lata sententia cõtra eũ. qa apud deũ non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio (ex de sum. tri.c.i. i prin.) vnde semel data sentẽtia: amplius ĩmutari non debet: pter aliquam hominis miseriam, vel pauperiem. (ff. de re.iur.l.iudex postq̃z. de penis .l.diui fratres. ex. de offi. dele.c.in lr̃is. et de iudi. .c.at si clerici. cũ scriptum sit. non misereris pauperis in iudicio (.xxiii.q.iiii.est iniusta 7 .c.se.) Et quia homo ĩ veritate non stetit ab inicio: dignus est ergo perditione. qui cum deum cognouisset: non tamen deum glorificauit. Cum ergo nullam hẽret in paradiso cibi penuriam: omnibus aliis cibis sibi concessis: nec corpus hẽbat corruptibile: qd aggrauaret ipsius animam: 7 ideo quanto cum maiori facilitate peccauit: tanto grauius est transgressus mandatum. 7 maior ĩ hoc contemptus fuit. ergo 2c (de peni .di.i.c.i.post principium) His allegationibus cum filio veritatis a iusticia factis:

i[illegible] all. ga[illegible]

[illegible]cordia alleg. [illegible]tra iusticia

frexit veritas ⁊ ait. Ubi de veritate agitur: locus fraudis cessare debet (.viii.di.c.veritatis.⁊. C. de rescin. vendi.l.si dolo) Ueritas dixit. quacumqz hora de pomo comederitis: morte moriemini. (de reli.⁊ vene. sanc.in cle.i.) Qd autem adam ⁊ eua comederint: non est dubium. vnde sine prolixitate dico hoīem fore dampnandum: ne nomen dei sit in uanū qd est veritas (.viii.di.c.qui contempta) Ex aduerso locuta est misericordia contr iusticiaz: dampnatos hoīes esse saluandos: allegans ⁊ sic dicens. Cum angeli reprobi nullo instigante: nulla sui corporis fragilitate peccarēt: (vt i.c.firmiter. de sum.tri.) eorum prorsus dampnatio est irreuocabilis. prout dixit regīa celorū. (vt de pēi.di. ii.§.quod autez reprobi) hō aūt inscius ⁊ fragilis ⁊ īperfectus: promptior fuit ad peccandū. (ī auc. de mona.§.si vero.coll.xxi.q.iii.c. diabalo instigāte) potius hīe videtur hic aliquā excusationem. (de peni.di.v.post prin.ff.de eo per quem factum erit.l.i.ff.de vē.inspi.§.ceterū.) Et qm̄ ī deo sum ma mīa ē: (.xxiii.q.iiii.nabugodonosor.⁊.i.q.iiii. §.ɔ̄r.⁊.de peni.di.i.§.item quero.⁊.§.multiplex. ⁊.xxii.q.c.hoc autē constat) Si hoīem peniuerit: satisfactione aliq̄ secuta: mīa domini eum reparabit. Indignuz videtur quod digna creatura ad ymaginem dei facta periret: vt dixit aduocata mūdi: ne deus fraudaretur proposito. qua propter ad sui ymaginem fecit hominē: vt eū cognoseret. cognitum diligeret. ⁊ tandē dilecto frueretur (de cōse dis.ii.c.hīs duo maxime) cū sit scriptū: filius nō portabit īiquitatē patris (.ff.de penis.l.crimē.i.q. iiii.c.crimē ⁊.c.iudei) Et itez. Deꝰ nō vult mortē

peccatoris.quia cor contritum ꝛ humiliatū deus non despiciet. (de peni.di.i.in actione.) Nec de⁹ obliuiscitur misereri.quia in quacumq; hora ige-muerit peccator:omnium iniquitatum suaruz non recordabitur. (de peni.di.i.si cui.§.hoc idem.ꝛ.l. di.ponderet.) quia veīt tēpus miserēdi eius. Ipse enim de se dicit.sanctus sum:ne irascar ī perpetuū. cum iudicium ꝛ iusticia sine misericordia:nō virt⁹ videatur esse:sed crudelitas. (.xlv.di.disciplīa.ꝛ .c.omnes qui.ꝛ.l.di.ponderet in fi.) Homo enim iam recepit de manu domini supplicia pro oībus peccatis suis. A planta eniz pedis vsq; ad verticē capitis:non est in eo sanitas. Et quoniam iaz dñs ostēdit potentiam suam in rerum creatione.sapiā: ordinatione: ꝛ dispositione: (ex͂.de sum.tri.c.i.) debet nunc ostendere bonitatem:in perditorū recuparatione.cum sit scriptum:vbi habundat delictuz: ibi habundat gratia.pater dñ filiū percutit: sanat. (.v.q.c.non oēs.ꝛ.c.nō osculatus ꝛ.xxiii.q.iiii.ea vindicta.) Omnes quidem homines sunt a bñfactore ꝛ patre tuendi.quia beneficus ē dās affluēter non improperās.non enim īproperat dona: quia dona sunt ꝛ beneficia sua. (ī auc͂.qūo oportet epi. in prin.) homini autem dedit nō vendidit. (.i.q. .i.gratia.ꝛ.c.qui studet.) ne igit͂ improperet: cur me in tanta vilitate despicis:quē cum tanta dignitate creasti:misericordiā postulat homo.vult esse quasi deus per superbiaz:ꝛ deus voluit esse homo per humilitatez. (ex͂.de sum.tri.c.i.) His rationibus:misericordia summi regis vehemēter inclinauit patrem suum.patrem misericordiaꝝ ꝛ toti⁹ consolationis:vt humanum genus restauraret: et

seruum fugitiuũ ad propria reuertentẽ susciperet.
Demum surrexit pax: que allocuta est sorores suas iusticiam et veritatem et misericordiã in hũc modũ
Audite sorores mee q̃ loquar: et mihi si placet credite: que sum vinculum veritatis. (ex. de iudi. c. nouit.) Non seductori: qui est vinculum iniqtatis. (.xxvi. q. v. ne mirũ. de pe. di. i. c. romanos.) Et si mihi credideritis: taliter videbitis: q̄ vestrũ quelibet est de eo quod petit satisfacta. Nam petit soror mea iusticia: vt homo qui peccauit infinite moriat Hoc iam factum est. quia filius dei saluator mundi qui presens est: proter hominem mortem passus est. carnem passibilem assumendo: vt in se penam susciperet. et se pro omnibus preciũ daret. (de sum. tri. in cle. i.) Ex quo: angelus qui dolere nõ potest fuit incapax saluatiõis de morte domini. Cũ ergo bõitas. s. deus et homo puniti sint pro culpa ĩfinita: quod ẽ mirabile dictum: sufficiat tibi carissiã soror iusticia. Tu vero soror mea veritas petis veritatẽ domini manere ĩeternum: qui ait. quacumq3 hora comedes morte morieris. reuera et tibi sorori mee satisfactum est. quia homo: qui ante peccatum non habebat corpus corruptibile: per peccatum istius factum est corruptibile. sicut cotidie videmus. (de peni. di. iiii. §. considerandum.) quod sufficienter debet tibi satisfacere: cum ex eodem delicto non debeat quis duplici pena puniri. quia esset cõtra iusticiam. (ff. de accu. l. senatus. .nau. cau. sta. l. licet. §. ei. et. lxxx. di. presbiter. xxiii. di. q. v. quid ergo ex de iudi. c. at si clerici.) Modo restat dixit pax: vt satisfiat sorori mee misericordie: cui debet sufficere q̄ suum proditorẽ liberando ad beatitudinẽ repa-

rauit. (ext. de baptis. c. maiores. §. cum ergo.) q̄re cum quelibet vestrum habeat quod suo nomini cō gruit: consulo ego pax: q̄ pax fiat. ea propter psalmista ait. Misericordia, et veritas, suple que in hac controuersia erāt: osculate sunt. Est eni3 osculum signum pacis. (vt no. in. l. i. ff. de pa.) Mediante igitur pace: pacificatis sororibus: procurator iniquitatis recessit. Et ideo omnes filii eue aduocatā implorant virginem gloriosam. Unde et dicitur. Eya ergo aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos cōuerte. s. osculu3 misericordie, et pacis. Et ihesum benedictum fructu3 ventris tui: excluso dyabolo: nobis post hoc exiliū ostende. O clemēs. O pia. O dulcissima virgo Maria.

A M E N.

:: M :: CCCC :: Lxxviii ::

:: Die :: :: Xvii ::

:: Februarii ::

Tractatus procuratoris sub nomine dyaboli editus: impressus fuit, et finitus: die vt s̄. :: Venetiis ::

:: Per Gerardum De flandria ::

J 1.

pollochz nō displicuit